

1735-

21. Reckenberg, Coriolanus Otto, Coll. Testorum pro cancellarius:
Programma, quod . . . donores in iure summos
laudes Petriico Hoffmanno . . . tribuendos indi-
cet.
22. Reventlow, Thelaeus: De nova foederum inter
imperium Romanum - Germanicum et regnum
Ducie.
23. Ritter, Ioan. Vas: De cognitoribus, simulque oratione
rem usus publicalem intimat.
24. Rinius, Andreas Flores: De praedictis, quae
vulgo Lass - Ritter appellantur.
25. Rinius, Fr. Flores, l. b. s. p. d. Programma, quod et
publicas dispensationes iustificat.
26. Rinius, Fr. Flores: De testamento per praece-
ratorem jndicis oblatu.
27. Rinius, Jr. Flores: De successione matris
ex statuto Bellissimeusi.

1735

fac. ius. procuratorius;

28. Romanus ~~Friborius~~: Programma, quo solemnis iurare
jurata est manu Torquetti Schmidii . . . indicat.

29. Schmid, Poly. Galliib, fac. med. procuratorius:
Programma, quo panegyricum medicum Christopheri Friske
vici Fribori indicat.

30. Schmid, Augustus Gaufried: De utili curationis causa
actione occid. 1.3 P. arbitr. lat.

31. Schmid, Augustus Gaufried: De Fastivis manus m.
Sionum fanfare.

32. Schierschmid, Th. Fastivius: De imputatione culparum
circa contractus cum primis invincentatos et
reales.

33. Schierschmid, Th. Fastivius: De imputatione culparum
circa embacionem vnde bonum.

34. Siegel, Th. Galliib: Programma, quo ad rationem
hospitalem . . . jurisdat.

35. Stegerus, Adriaan: De nomine advocateum honoris
frumentissimo, similique lectiones aeribus indicat.

1735

- 36^a et Thomae, Truyell: An paena delicti perfecti ordinaria puniendas sit onus proximus? 2 Exempl.
- 37^a et Thomae, Truyell: An ius venandi leno. re aliis consueto contra argualem presenture possit subditus? 2 Exempl.
- 38^a et Thomae, Truyell: An actionem injuriarum servi nostri et ancillae mercennarie, si moribus castigantur, alverus dominus habeat? 1 Exempl.
39. Wagner, Thomas: De supplice parricidarum.
40. Wagner, Thomas: De testamento et pise causes ut volum latere imperfectione nullo. — .
41. Tech, Ludovicus Bentius, f. b. de: De proscriptione statuum imp. R. G. ad illustr. art. 20. capit. Berlin.

289

1795 für einen Mann
der Wohlstand ist; Deutlich, dass die
Schwierigkeiten der Wohnungswirtschaft auf
die Leute mit dem niedrigen Einkommen und
auf die Leute mit dem hohen Einkommen
gleichzeitig einwirken. Diejenigen, die
einen niedrigen Einkommen haben, müssen
auf die Wohnungswirtschaft reagieren, um
ihre Wohnung zu erhalten. Sie müssen
daher entweder weniger bezahlen oder
sie müssen sich auf andere Weise
auskosten. Diejenigen, die einen hohen
Einkommen haben, müssen ebenfalls
auf die Wohnungswirtschaft reagieren,
aber sie können es leichter tun.
Sie können entweder weniger bezahlen
oder sie können sich auf andere Weise
auskosten. Es ist jedoch zu beachten,
dass diejenigen, die einen niedrigen
Einkommen haben, es schwerer haben,
die Wohnung zu erhalten, als diejenigen,
die einen hohen Einkommen haben.

12093.

589.

1735, 25.

6

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IO. FLORENS RIVINV^S

P. P.

LECTORI BREVIARIO
D. IO. H. GEORGII RAVINAS



N locum testium legitimo tempore nominatorum, si ante productionem et examen, nulla probantis mora aut culpa interueniente, vitam cum morte commutent; aut fato diuino e.c. apoplexia correpti, furdi aut muti efficiantur; aut fortasse ob atrox delictum commissum, ob quod ipsis poena capitalis aut corporis afflictio est metuenda, in fugam sedent; vt, ubi degant inuestigari nequeat, et eorum copia frustra desideretur, alios surrogari, summa aequitatis ratio et fauor probationis ac reprobationis expostulat. Hinc expressa lege: *Ord. Proc. Sax. Tit. XX. §. f.* hoc stabilitum, et, cum deficiat legis determinatio, aut prohibitio, vtrum in locum vnius, alium subinde, et quidem vnicum an plures substituere liceat? Absque omni casuum et circumstan-

(2

cumstan-

cumstantiarum discrimine, et neglecto gradu aequalis vel inaequalis scientiae, quae olim Sententia Curiae Prouincialis quae Lipsiae viget, Ordinis ICtorum et Scabinatus Lipsiensis fuit, teste *Mencken Disp. X.*
ad Proc. tb. 30. B. Parent. Enunc. ad Tit. XX.
Ord. Proc. En. LXXVI. ob difficillimam huius in facto consistentis quaestionis decisionem, ne probationum facultas angustetur *L. 21. C. de baeret.* praeferunt cum presumtio prudentiae pro auctore militet, quod testes, qui optimam rei Scientiam habent elegerit, reliquos minus instructos neglexerit, plures in vnius locum substituendi concedimus licentiam, nec arbitrium partis hac in re circumscribendum esse existimamus. *An vero eo casu Actori vel reo integrum sit, additionales, vel plane nouos offerre articulos?* non vna eademque Doctorum sententia. Qui negatiuae addicti sunt, fundamentum in effluxo fatali termini probatorii, quem peremptorium et praeclusuum iura definiunt, se inuenisse autemant, beneficii huius effectum vero vnicce in eo quaerunt, vt substitutus testis ad eosdem articulos qui semel a parte ad fundandam intentionem iudici oblati, interrogari et ipsa eorundem contenta afferere queat; cumque de hac quaestione, speciale quid sanctum non inueniatur, prohibitionem ex *S. 4. Tit. XX.* qui generaliter producentem a confectione articulorum additionalium praeterfluxo legali spatio arcet, elice-

re

re conantur , quem in modum Dn. Scabini Lipsien-
ses, et, quod magis mireris cum refusione expensarum,
nouissime , mense Ianuar. 1733. ad Commiss. Praefe-
turae Z. in causa P. C. G. contra H. v. O. et consor-
tes pronuntiarunt. Daß Klägers Suchen fol. 304.
so viel die Abhörung des von ihm daselbst an statt des
verstorbenen producirten neuen Zeugens über addi-
tional Articul betrifft, dieweil das zum Gegenbeweise
ihm nachgelassne fatale verlossen und er dessen gestän-
dig , das übrige Anführen hingegen unerheblich, nicht
statt hat , er auch die Unkosten dieses Termins nach
vorgehender Liquidation und richterlicher Ermäßi-
gung Beklagten zuerstatten schuldig , qua sententia
ab opinione antecessorum in Scabinatu recesserunt,
qui, referente *Barthio Hodog. Forens. Cap. I. §. 38.*
lit. a. pag. edit. nou. 169. ad interrog. Senatus Lipsien-
sis, in caula Gabriel Uhlrichs , contra Mathes Schil-
lingen mense Jun. 1692. articulos additionales admise-
runt, pronunciantes: Und bleibt Kläger des Beklag-
ten Vorwendens ohngeachtet, an statt des verstorbenen
Zeugens Christian Lammes einen andern anzugeben, so-
wohl additional Articul einzubringen unbenommen,
er ist aber damit binnen Sächsische Frist bey Verlust
derselben einzukommen schuldig. Quae sententia aequi-
or et analogiae iuris magis consentanea videtur. Ece-
nim iis in casibus, in quibus iura parti surrogationem
testis indulgent, causa in eum statum reducitur , in quo

fuit tempore suscep^tae probationis, hinc arbitrio parti-
tis merito relinquitur, an priores retinere articulos,
an nouos offerre velit, et ipse fauor probationis imo
natura negotii hanc variandi licentiam omnino effla-
gitare videtur. Quae enim causa introducendi hu-
ius beneficij fuit? nulla profecto alia, quam illa, ne li-
tigans omni culpa carens, commodo excidat proba-
tionis eiusque periculum subeat, sed, quod ipsi morte
testis alicuius ademtum, ex aliis persona supplere
queat. Qui igitur finem vult, media ad eundem ducen-
tia denegare nequit. Id vero contingeret, si testis
denuo nominati depositio restringeretur ad contenta
priorum articulorum, de quibus vel plane omnis no-
titia eum fugeret, vel qui pro qualitate personarum
aliarumue circumstantiarum plane inadequati et im-
pertinentes forent. Siquidem perraro haberi possunt
alii telles et plures personae, qui vnum idemque
factum iisdem accidentibus afferant; alias credibile,
quod probaturus ab initio statim eosdem nominasset.
Fac enim, thema probandum consistere in praetenso
exercitio iuris venandi; fac nominatum fuisse testem,
de cuius factis propriis, intuitu officii, nomine pro-
bantis commissis, articuli concepti; fac hunc decepsisse,
in eiusque locum duos nominari rusticos, qui qui-
dem non de ipso exercitio, bene tamen de eo, quod
praesentes fuerint, operasque manuarias in retibus
locandis praestiterint, ac de aliis obiectum litis tan-
genti-

gentibus et probationem iuuantibus capitibus certi
quid afferere valent; hi, ad articulos prius exhibitos,
interrogati, simpliciter illos negarent aut certe ne-
sciendo deponerent. Opus ergo est, ut variantes cir-
cumstantiae nouis includantur articulis, quos post-
modum noui testes intrepide affirmare queant. Haec
ipsa ratio subesse videtur, cur in locum vnius plures
substituere testes integrum est, ut nempe conditio testis
deficientis, numero aliorum dissimilis generis supplea-
tur. Alias etenim parum prodeisset hoc beneficium iuris
probaturo, et altera manu adimeretur quod altera con-
cessum. Nec grauatur hac ratione pars aduersa,
quaes nonsolum nouis interrogatoriis audienda, sed
nec reprobatione noua defraudanda. Nam in hoc
casu exceptioni a regula in *Ord. Proc. Tit. XX. §. 4.*
de termino probatorio peremptorio tradita, locus est,
ita, ut concessa facultate substituendi nouos testes
post terminum probatoriorum elapsum, potestas etiam
additionales, vel si maiis, nouos articulos offerendi,
per necessariam sequelam et benigna comprehensio-
ne concessa intelligatur. Quas partes Ordo noster Men-
se Augusti eiusdem anni ea de re consultus, in solitu-
tium actoris eligere non dubitauit. Haec praefari
placuit, cum indicande disputationes publicae, quas
meo sub moderamine, ad Menckenii Synopsin Theor.
et prax. Pand. a Libro XXXIX ad XLIV. Iuuenes no-
bilissimi

DN.



Dn. THEODORVS EMANVEL
HERTEL, Cygn. Misn.
Dn. CHRISTIANVS KLEN-
GELBAVM, Zittau. Luf.
Dn. CHRISTOPHORVS
WAGNER, Lips.
Dn. CAROLVS HENRICVS
SOMMER, Dresden.
Dn. EHREN FRIED GOTTLIEB
SCHAEFER, Marg. Lusat.
Dn. ANDREAS SIGISMUNDVS
GREEN, Chemnicent.

P 46.1
in Auditorio ICtorum, diebus Saturni publice nomi-
nandis, respondendo pariter ac opponendo insti-
tuent. Quibus ut Generosissimi ac Nobilissimi Iuris
Cultores frequentes adsint, eosdem humanissime
in uitatos cupit Praeses. Dab. Lipsiae Dom.
Septuages. Ann. recuper. Salut.
MDCCXXXV.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Leipzig, Diss., 1735 R-Z
VD 18

ULB Halle
007 004 001

3



TA → OL

